




A-5  
-----  
260<sup>a</sup>



A-5  
—  
260 a

# VAL-SAINT-GEORGES

✻ Notre-Dame du Val-Saint-Georges ✻

( PROVINCE DE FRANCE-SUR-SEINE )

---

*Notitiæ de D. Le Vasseur et D. Le Couteulx*

---

*Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*

a part le privilège de Grog, etc du 6 Juin 1238 que D. Pal a copié  
de Martin. Hier. comment. f. que le relium a inséré au milieu  
de la copie, au bout de cabul. Sur Papiers

Et ce vol. m. v. de copie de D. Pal. de l. art m. de D. de Com.  
des Notaires réunies Centrales de France t. VII, par I<sup>er</sup> Francis France

Le seul qui me reste d'une collection qui devaient être complètes  
C'est un volume inf<sup>o</sup> de plus de 1000 pages

Sur le vol 3 f. il a - Lettre de fondation par les Doyens 11 p.

Fabulae gen. Hamenorum Ulmii sur grande feuille. suivie d'une petite  
table "occurentia" de D. de Com., de Chiffelle. f. relium de l'ant. grand vol.

Benefactores 6 p.

Cabul. primorum 36 p. D. Pal n'a rien ignoré

Syllabus quorumdam monach. conv. redd. don. h p  
C'est tout

«  
[est des m. d. s.]  
m. s. r.

à copier  
de la copie

D. de Com. ne a inséré quelques pages postérieures  
Noms des relig. réunies dans les minutes du notaire Mellinam  
de les arts de la 2<sup>e</sup> 1/2 de XXII s., travail de l'AMM  
y. Rigarchi, archives de N. D. de Garaison, s. VII 1798  
avec 2 notes, l'une donnant les 2 premiers noms de la page 6 p.  
l'autre sur la forme de D. de Ruey (11 nov. 99  
y une note explicative: Garaison 13 mai 1901  
il a écrit, l'écriture qui l'écrit  
on a fait une copie de t<sup>te</sup> les titres conservant la cl.

[Pal. 1990]  
Rysson  
à l'œuvre

Cartusia Vallis sancti Georgii  
In regione Nivernensi et Diocesi Aduensi  
(In Com. VII. par. 1<sup>a</sup> Motitabum & Can. Le Couventx.)

Una leuca ab Ulmo oppido, et Duabus à Corbiniacis ad orientem sita in nemore dicto des Espeyse (Espeisse?) in parochia de Poucques, anno 1235 constructa ab Hugone milite Ulmi Domino et Helvide uxore ejus, ut ex sequentibus diplomatibus clarius distinetur que apparet:

« Universis presentes litteras inspecturis prater Guido humilis Abbas Corbigniacensis salutem in omnium salvatore. Nos critis nos litteras nobilis viri clare memorie Hugonis quondam Domini Ulmi non abolitas, non cancellatas, non in aliqua parte sui vitatas vidisse et de verbo ad verbum legisse in hac forma: « Viris Venerabilibus et religiosis N. Priori Cartusie et conventui ejusdem loci Hugo Dominus Ulmi salutem in Domino. Nos critis nos dedisse et concessisse ad fundationem domus quam proponimus fundare, ad honorem Dei et B. Virginis Marie, et vestri ordinis, sitam loci quitalis est, fertilis in segetibus et pascuis competentibus, nemorosus et sufficienter aquosus, et stagnosus, et molendinosus, et abiacedificia competentia monachis et convertis cum expensis nostris propriis ibidem, Deo dante faciemus; de bobus et nutrimentis animalium, ibidem providendo. Damus etiam terras ad duas carrucatas boum, et plus si necesse fuerit, et triginta carrucatas pecuni et plus si necesse fuerit ad censibus Prioris ejusdem loci. Assignabimus etiam dictae domui sex modios bladi et dimidium frumenti triginis et avenae in redditibus annuatim ad mensuram Corbigniaci quae maxima est, et quadraginta equos oneratos vini et viginti libras monete currentis annuatim. Damus etiam et concedimus dictae domui plenum usagium in aliis nemoribus nostris competenter, et pascua per totam terram nostram. Preterea quicquid infra terminos assignandos ipsa domus elemosyna sine alia de causa acquirere poterit a feudatariis nostris, et hominibus nostris tam liberis quam servis, eidem domui liberam tribuimus facultatem, et haec omnia assignabimus infra terminos supradictos. Permittimus etiam quod si fors an successores nostri vel alii habitantes ejusdem loci in rebus nominatis perturbarent, vel aliqua ex his vellet subtrahere, ita quod plenarie dictos redditus et possessiones pacifice non haberent: Episcopus Aduensis ipsos et totam terram ipsorum distincto

districto interdicto et excommunicationi subiceret usque ad satisfactionem condignam,  
ad requisitionem fratrum domus sopradictae. Et si ad hoc non sufficeret ecclesiastica censu-  
-ra, Dominus Comes Biverneasis, quicumque sit, ad satisfactionem de omnibus pertine-  
-batorum iam dictos compelleret per brachium saeculare et super his pro parte nostro  
procurabimus quod dicti Episcopus et Comes litteras suas potentes te ad eam domum supra-  
-dictae. Unde benignitatem vestram suppliciter exoramus quatenus tales personas religio-  
-sas et discretas nobis quanto citius transmittatis, quod Deo ad honorem, et honestati vestri  
Ordinis, et nobis, et etiam, toti patriae cedat commodum, et honorem, et ut magis ac magis  
nostrum desiderium in hac parte devotius in Domino accendatur, scientes certissime quod  
penuriam dictae domus nullatenus possimus sustinere. Datum, anno Domini millesimo  
ducentesimo tricesimo quarto, Dominica post natiuitatem Beati Joannis Baptistae. In  
pascitorum testimonium, Nos G. Abbas praedictus, presenti transcripto sigillum nostrum  
duximus apponendum. Datum, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo primo  
mense Augusto. →» Scellez en cire blanche sur simple queue. —

1235. —

### Carta fundationis ejusdem domus. —

« Universis Christi fidelibus, ad quos litterae praesentes pervenerint. Hugo Dominus  
Ulmi in perpetuam rei gestae notitiam cum salute. Quoniam memoria hominum  
saepissime labitur super rite gestis ipsorum, et maxime super his quae longo temporis spatio  
protendantur. Haec quod in pluribus quandoque gravia pericula subsequuntur. Quare quae Dno  
disponente geruntur in terris, oportet non immerito ad perpetuae veritatis notitiam firmari ro-  
-bore litterarum. Inde est quod cum Dominus pius et misericors, me sua gratia, potentia saecula-  
-rum et bonorum morum temporalium satis sufficienti abundantia convallasset; mihi suo militi  
peccatori sui sancti Spiritus gratia misericorditer inspiravit, ut tibi et mihi coadoptivos filios  
spirituales studerem quanto citius procreare, templum sanctum eisdem in terra propria cons-  
-tuendo, et etiam habitacula cum suis necessariis in expensis propriis preparando: ita  
quod per misericordiam Redemptoris una cum ipsis filiis templum, coeleste et saeculorum,  
tabernacula possem jure perpetuo possidere.

Cui sanctae inspirationi anima mea adhaerens cum ingenti gaudio et corde devoto, deli-  
-beravi postmodum, in animo diligenter prescribendo, quod inter ceteras plurimorum  
Ordinum domos, domum Cartusensis Ordinis quasi ignoti in patria (cum in tota diocesi  
nulla domus

nulla domus ipsius Ordinis (fundata reperiretur) cum expensis propriis construere, et funda-  
-rem, atque terris, nemoribus, et aliis bonis temporalibus iuxta formam Ordinis ita competi-  
-ter dotarem eandem, quod fratres in eâ commorantes inde possent commode sustentari  
cum aliis beneficiis et eleemosynis quae ab aliis Christi fidelibus poterunt ad invicem re-  
-cipere Domino concedente, prout haec hujusmodi beneficia prius locis de novo fundatis consu-  
-erunt misericorditer erogari. — Ad laudem igitur et honorem Dei et Salvatoris Domini  
nostri Iesu Christi, et gloriosae Mariae Matris ipsius, et Beati Joannis Baptistae, et sancti Geo-  
-rgii martyris, atque omnium sanctorum, domum praedicti Ordinis fundo quae vocabitur sanctae  
Mariae Vallis s<sup>te</sup> Georgii, et constans pro remedio animae meae et nobilis He. uxoris meae,  
necnon parentum, et omnium antecessorum meorum vivorum et defunctorum animalibus.  
Et dono imprimis et concedo pleno jure in perpetuam eleemosynam, Deo et dicto Ordini  
Cartusensi locum fundationis ejusdem domus. Videlicet nemus de Espesse cum omnibus  
suis pertinentiis et stagnum cum molendinis et pratis, et omnes terras superiores et inferiores  
circumadjacentes dicto nemori, et nemus de Combricis protendens sive descendens versus  
villam, de Pouques cum domibus Essecar et clausuris et pertinentiis suis secundum, quod  
via dividit quae per dictas domos se extendit versus claustrum meum de Ulmo; in cujus  
nemoris residuo eidem Domui perpetuum usagium in omnibus est concessum. Item et om-  
-nes terras quas habeo nomine ganagii vel alio modo in villa de Pouques et in appenditiis  
ejus et specialiter omnes terras ab introitu de Champaigne cum pertinentiis suis secundum,  
quod protenduntur usque ad Brive, et usque ad plenum exitum combae sitae inter nemora de  
Espesse et de Combricis protendens versus villam, de Magni. Item, et omnem censum, et cam-  
-pupartum, totius parochiae de Pouques et quicquid habeo apud Brive. Item, et omnes terras  
ganagii ville de Magni cum pratis meis scilicet Brolio et Hasta sitis sub praedicta villa.  
Et omnes census et campupartum, parochiae ejusdem, villae de Magni: cujus terrae et illius  
campupartus de Pouques ad agriculturam, dictae domus Cartusensis redigi non debent contra  
voluntatem colonorum, quando voluerint eas excolere bona fide.

Item, et ganagium, meum cum suis pertinentiis de la Corcelle et de Clavier, necnon et sta-  
-gnum, meum de Gemigne, et quatuordecim, scatarios avenae censuales in molendinis ejusdem  
stagni; et piscariam, ab ipso stagno usque ad proximum superius molendinum, in qua nullus  
misi pro domo piscari praesumat. Item, et decimam ejusdem villae de Bemigne cum omnibus per-  
-tinentiis suis

tenentis suis, et quadraginta equos oneratos vini annui redditus in vinea mea de Ulmo tempore vendemiarum in perpetuum percipiendos: Item et grangiam meam de Chaumi cum nemore et molendino, exclusive, et piscaria superioris et inferioris: et cum omnibus terris, pratis et aliis omnibus pertinentiis que nunc tenet vel possidere consuevit ipsa grangia pleno jure: et etiam stagnum meum, ejusdem loci de Chaumi excepto molendino, et piscariam ejusdem stagni superiores, — Item, et decimam ganigii grangie mee de Vacy, cum tertis terrarum villos ejusdem loci, et duas partes quas habebam in decima predicta villos: Item, et pasua libera per totam terram meam. Et quicquid fratres memorator Domus infra terminos suos emptione, donatione, vel alia quocumque de causa acquirere poterint a feudatariis seu ab aliis hominibus meis, tam liberis quam servis, in perpetuum, habeant liberam facultatem. Et quoscumque etiam sanos vel infirmos voluerint recipere in fratres ejusdem Domus de ipsis hominibus cum bonis suis mobilibus immobilibusque similiter habeant potestatem.

Item dono in perpetuum, supra dictis fratribus, ad calefaciendum, plenum usagium in nemore de Monius, et ad edificandum, in nemore de Bonchenele: Et si ad haec non sufficerent ista duo nemora pro procecidis et aliis suis necessariis faciendis, in nemoribus meis de quo ipsum perpetuum usagium, habeant dicti fratres. Et in aliis quibuslibet meis nemoribus trembles et vernes, quoties necesse habuerint, libere pro sua capiant voluntate. — Haec autem omnia praemissa sine aliqua retentione, Deo et sanctis ejus atque profato Ordini Cartusensi in puram et perpetuam, elemosynam offero et concedo, atque supra dictas domus fratribus trado penitus et assigno, et in veram, et corporalem omnium supra dictarum rerum possessionem, sicut eosdem, induci. — Praeterea ob reverentiam Dei et honestatem, ordinis, ad plenam pacem ejusdem Domus ubique et specialiter infra suos terminos ab omnibus in perpetuum conservandam, sub poena perpetuae exheredationis et amissionis non solum rerum, sed et propriorum corporum, prohibeo statuendo ne aliquis nobilis vel ignobilis, qui ad meam jurisdictionem, debeat pertinere, in Priorem vel aliquem de fratribus ipsius Domus manum audeat mittere temere violentam: nec domos sive grangias suas frangere, comburere, seu furtum, homicidium vel aliud maleficium perpetrare in eisdem. — Sed nec possessiones sive alia bona sua invadere, rapere, vel aliam injuriam, super his irrogare presumat, quandiu profato Priori et fratribus eorum coram competentis iudice voluerint stare juri. — Item permittit inhihero ne infra dictos terminos aliquis hominem capiat injuste, vel furtum, rapinam, incendium seu homicidium perpetrare: sive proedum per eosdem ducat, vel adducat. Item nec foramine nisi in dedicationibus ecclesiarum portas sive claustras domorum et grangiarum ipsorum fratrum, appropinquare presumat: nec in eundo per vias versus ipsas domos vel grangias pertendentem morem faciat

moram faciat in eisdem, nec in nemoribus circa easdem constitutis, sed velociter trans-  
-eat pergendo viam suam, nisi velit incurere confusionem proprii corporis et ruborem.

Item nullus per nemora sospedictae Domus et alias possessiones suas causa venandi aves  
vel animalia sylvestra persequatur. Et si contigerit forsitan et in eisdem aliquid capiatur,  
Domui protinus reddatur: cujus animalis carnes leprosis erogat, sibi corium cum aliis  
necessariis liberè retinendo.

Quicumque autem scienter offenderit in aliquo de praedictis prohibitionibus, se-  
-cundum modum transgressionis per Dominum terrae et suos ita gravissime puniatur quod  
nullus praesumat consimile facinus attentare. Interea vero supradictam Domum cum  
omnibus bonis suis et familia ab omni pedagio, aid<sup>a</sup>, venditionibus, banno, seu aliis quibus-  
-libet hujusmodi institutis, quocumque nomine censentur, per totam terram meam  
facio in perpetuum, et praecipio liberam et immunem, et salvam et securam ubique per-  
-manere: et per me et meos, quasi propriam personam, ipsam Domum defendere tenere  
et salvare: et etiam pro ipsa stare juri contra omnes molestatores indelictos, si qui fue-  
-riat (quod Deus avertat). Ad quae omnia volo et statuo quod Dominus Ulmi et sui et  
omnes mei successores in perpetuum similiter teneantur.

Si autem Prior et fratres dicte Domus vel eorum successores aliqua de terris, redditibus seu  
aliis possessionibus collatis et assignatis eisdem qualicumque de causa forsitan amit-  
-terent, ita quod non possent pacifice et plenarie omnia possidere sicut sunt erogata,  
Dominus Ulmi quicumque sit, semper teneatur ad valentiam rerum amissarum, vel  
damnarum, super his illatorum, terras seu redditus eisdem fratribus assignare. Quod si  
non faceret, et non conservaret dictam Domum cum omnibus bonis suis et libertatibus in his  
et aliis meis litteris comprehensis. Rogo quamplurimum et requiro in Domino venerabiles in  
Christo Patres et Dominos meos Eucersem et Ivernensem Episcopos presentes et futuros, ut  
ipsius Domini Ulmi personam cum tota terra sua, monitione praemissa, gravi subjiciant  
interdicto, donec de omnibus damnis datis puelibetoe Domui sit plenus satisfactum.

Ad quod etiam exequendum Dominus meus Comes Ivernensis et sui successores, cum super  
hoc fuerint requisiti, dictum Dominum Ulmi causa Dei et precum mearum <sup>int</sup>eritu compellant  
permittit et inducant. In cujus rei testimonium et munimen perpetuae veritatis, ego et no-  
-bilis Helvys uxor mea (laudans omnia superius memorata et ad plenum concedens) presen-  
-tem chartam

tem chartam sigillis nostris roboratam memoratis domui tradimus in perpetuum conservandam.

Ego autem He. uxor nobilis sorpedictae domus fundatoris pro amore Dei et Domini nostri  
Saluatoris, et honore Beatae Virginis matris ipsius et omnium sanctorum, necnon et remis-  
sione meorum et ejusdem Domini mei fundatoris peccatorum, hujusmodi vota ipsius la-  
solubria, et operata pia in hac parte, et omnia <sup>enarrata</sup> exarrata superius et expresse approbo in  
Domino et collaudo, et synera corde memoratis domui in perpetuum concedo. In cuius rei  
testimonium et perpetuam firmitatem, sigillum meum presentibus apponere dignum  
dixi, Anno gratiae Domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto. »

Lesquelles lettres de fondation sont scellées à doubles sceaux en cire verte le premier  
tout rond sur l'ogs de soye violette, bordée de fil d'or; et l'autre long sur l'ogs de soye jaune  
aussy bordée de fil d'or.

1235. — Litterae admortisationis et confirmationis hujus domus per  
Dominum comitem Nivernensem. an. 1235. —

« Nos Guido Comes Nivernensis et Forensis et nos Heathildis Comitissa Nivernensis  
et Forensis universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Notum facimus nos  
hujusmodi litteras inspexisse, et cum legerentur coram nobis diligentius audivisse:  
Universis Christi fidelibus ad quos presentes litterae pervenerint. Hugo Dominus Ulmi in perpetuum rei  
gestae notitiam, cum salute. Quoniam memoria hominum et cetera et supra - et postea sequitur -  
Nos autem, de quorum pseudoligio dicuntur esse, omnia supradicta, causa Dei et remis-  
sione peccatorum nostrorum, et etiam, intuitu precum sorpedictorum, nobilium, Hugonis Domi-  
ni Ulmi et Helevis uxoris suae memoratis Priori et fratribus ejusdem domus Vallis Sti  
Georgii et suis successoribus concedentes laudamus, et approbantes in perpetuum confir-  
mamus. Item et omnes libertates et bona ipsorum fratrum tam mobilia quam im-  
mobilia contra suos molestatores, si qui fuerint, (quod Deas avertat) salva et secura  
ubique, tanquam nostra propria, volumus manutenere et defendere pro posse nostro, ad  
quod successores nostri similiter teneantur: ut nos et ipsi omnium bonorum quae sunt  
et fiunt de cetero in domo sorpedictorum fratrum specialiter possimus esse participes  
et consortes. In cuius rei testimonium et munimen perpetuae veritatis, sigilla nostra  
presentibus duximus apponenda. Actum anno gratiae Domini millesimo ducentesimo trigesimo  
quinto. — » Lesquelles lettres d'amortissement sont scellées à doubles sceaux en cire verte sur  
l'ogs de soye rouge, entrelassée de verd et de blanc. —

Coppia litt

Cette table n'est plus à sa place  
Ds le couloir elle vient ~~à~~ la fin, avant  
les bienfaiteurs

1247. - Copia Litterarum Domini Droconis de Melloto Junioris Domini  
Ulmi, donantis ipsum fundum vinearum super quas assederat fun-  
-dator Dominus Hugo Dominus Ulmi 40 equos oneratos vino annui  
redditus tempore vendemiarum in his vineis suis percipiendos. - 1247.

« Ego Droco de Melloto Junior Dominus Ulmi, et ego Helvis uxor ipsius Dro-  
-conis Domina Ulmi, Notam facimus universis presentes litteras inspecturis, quod  
cum felicis recordationis Hugo quondam, Dominus Ulmi in fundatione domus Vallis S<sup>te</sup>  
Georgii Cartusienis Ordinis, fratribus dictae domus in perpetuam elemosynam, dedisset  
et assedisset quadraginta equos oneratos vino annui redditus in vinea ma de Ulmo  
tempore vendemiarum, in perpetuum possidendos. Nos providentes in quantum pro omnibus  
pro dicti fundatoris, nostrarum necnon et omnium antecessorum nostrorum animarum,  
remedio, ne dicti fratres super predicto reddito de cetero quod aliquando contigit, dam-  
-num sustineant, vel defectum, torcular dictae vineae et totam ipsam vineam cum  
omnibus suis ingressibus et exitibus eidem, fratribus concedimus et quitamus, atque  
in perpetuum, integre et pacifice possidenda pro dicto vini reddito assignamus. Item et  
possessiones quas ipsi fratres per manum Domini Johannis Rilcasti (Rilcasti?) tunc Domi-  
-ni Ulmi habuerunt, quas videlicet possessiones Dominus Hugo cum de hac vita migravit  
in suo proprio capite possidebat, Nos ipsas dictis fratribus assignamus plenarie et perfecte  
in perpetuum, possidendas, pro quibusdam possessionibus quae erant Hugonis de Montescot  
et uxoris ejus necnon et quorundam aliorum sitis versus Brive et in Campania, et versus  
fontem situm sub nemore d'Espeisse et etiam, versus molendinum, situm juxta idem nemus  
d'Espeisse a memorato fundatore super dictis fratribus assignatis, et nondum, liberatis. Itaque  
conferimus in perpetuam, elemosynam, novale quod factum, est de residuo nemoris situm  
inter nemus de Gemigni, et nemus quod dicitur de Combricent. In cuius residuo dicti  
nemoris ex dono jam dicti Hugonis ipsi fratres perpetuum in omnibus habebant usumque  
ad ipsorum voluntatem. Inde est quod Ego saepe memoratus Droco ut omnia praedicta firma  
sint in perpetuum in testimonium hujus rei presenti paginae sigillum meum duxi appon-  
-endum. Ego autem, Helvis etiam, rata esse volens omnia superius memorata, quia sigil-  
-lum proprium, non habeo, sigillum, venerabilis viri Hugonis Archiepiscopi Droconis gratanter  
rogavi presentibus apponi, in testimonium, veritatis. Datum, anno gratiae millesimo  
ducentesimo

Ducecentesimo quadragesimo septimo, mense martio. Sont scellies de deux sceaux  
en ire verde a doubles queues d'un tiers de fil orme

1263. — Charta confirmationis et augmentationis ejusdem  
Domus, Domini Droconis De Noelloto. — 1263. —

« Universis presentes litteras inspecturis Droco de Noelloto Dominus Castri canini et Ulmi  
salutem in Domino. Notum facimus omnibus quod cum Domus Vallis sancti Georgii Ordinis  
Cartusiensis haberet plenum usagium in omnibus nemoribus nostris, frater Rogerius Prior  
et conventus dictae Domus nobis et heredibus nostris quitaverunt et remis erunt in perpetuum  
totum usagium, quod habebant in nemore quod dicitur Vachresse, exceptis dumtaxat spi-  
-nis albis et nigris pro claudendis terris ipsius Domus dicto nemori adjacentibus et pastura.  
In aliis vero nostris nemoribus omnibus et singulis declarando confirmamus et concedimus  
profecto Domui et omnibus grangis ~~pasturam~~ a locis ejusdem Domus plenum et liberum  
ac perpetuum usagium omnis generis pasturarum, necnon omnis generis arborum, videlicet  
- licet ad aedificandum, reaedificandum, calefaciendum, claudendum terras, prata, vineas,  
Domos, et ad omnia necessaria sua et utilia, quae necessaria et vis a fuerint expedire, in per-  
-petuum Prioribus et fratribus dictae Domus. In quibus et de quibus nemoribus nostris eidem,  
uti licet plene et libere, et quolibet voluerint tempore, et in quocumque voluerint loco dic-  
-torum nemorum, per se, per mercenarios suos, et per quoscumque voluerint vel miserint  
operarios, absque nostri vel heredum nostrorum impedimento vel contradictione, et sine  
licentia querenda a forestariis nostris vel heredum nostrorum, vel a quibuslibet aliis ma-  
-gnis vel parvis, presentibus vel futuris. Ita tamen quod non licebit sibi vendere vel dis-  
-trahere nemora memorata. Item, intuitu pietatis concedimus et confirmamus profecto  
Domui et fratribus eidem, Deo servientibus omnes libertates necnon omnes possessiones  
a Dominis Ulmi eidem concessas, sive elemosinas ab aliis datas, aut etiam per ipsos  
fratres acquisitas seu acquirendas infra terminos suos, nihil in eis penitus retinendo. Pro-  
-mittentes bona fide pro nobis et pro heredibus nostris, quod nos omnes possessiones ac liber-  
-tates profecto Domus, in plena pace et quiete, tanquam nostra propria servabimus. Ad quod  
etiam, heredes nostros, et omnes Ballivos et Repositos terre nostrae in posterum obligamus.  
Iterum praenominatis Priori et fratribus bona fide promittentes quod procurabimus infra unum  
annum quod Guillelmus frater noster et Isabella soror nostra praedicta omnia et <sup>sin</sup> singula  
volent

voleat, concedent et laudabunt, et quod inde debuntur gratis superdictae Domui nostra auctoritate, alioquin ex tunc licebit super nominatis fratibus, uti in Vacheresse plene et libere secundum modum superius nominatum; Iterum promittentes sibi bona <sup>de</sup> presentem literam vel similem, renovare et sigillare gratis infra quatuor menses propter quod aliud sigillum fecimus fabricari. Datum mense septembri Anno Domini 1263. Sic sigillatum, inferius per dictum Dominum de Melloto in cera viridicam suo sigillo. . .

Hunc Droconem, Pater Vallis <sup>stae</sup> Georgii (in literis D. Hugonis Girardet) voluit esse ipsum generum fundatoris, dicentque eum vixisse usque ad annum 1312. Quod vix mihi persuaderem, cum multi ejusdem nominis tunc temporis vixerint ex eadem familia, quam ex variis auctoribus antiquissimam fuisse ac nobilissimam reperio. In chronica vegaliacensi auctor loquens de Guillelmo de Melloto Abbate electo anno 1159 refert ejus matrem a stirpe Caroli magni originem traxisse. Sammarthani in Episcopis Cabilonensibus ubi agunt de Joanne de Melloto Episcopo 522 dicunt eum prosapia equestris de Melloto per nobilitatem, Burgundae, hemetiae, Cabilonicae, Toigniacae, Meduanae, Noyerice et aliis illustribus regni familiis matrimonio junctae, ex qua dem ortus est Drogo de Melloto Dominus Locharum, et Castellionis in heronibus, Magister Equitum sive Comes Malubi Franciae qui obiit anno 1218. Huncque plures alii florebant, inter quos erant Droco de Melloto et Guillelmus filius ejus qui anno 1210 quaedam <sup>erant</sup> confirmaverunt Episcopo Autissiodorensi. Alter Guillelmus toparcha <sup>stae</sup> Prisci, pater fuit Guidonis de Melloto Episcopi Autissiodorensis de quo diximus inter benefactores Postarum, ubi etiam diximus eundem Guidonem fuisse patrem Habellae de Melloto fundatricis Domus Vallis profundae. Idem quoque Guido fuit pater nostri Droconis de Melloto ut constat ex quodam instrumento clericorum apud Sammarthanos (in Episcopis Autissiod. sub Guidone de Melloto) quod sic incipit: Guillelmus Dei gratia Senonensis Archiepiscopus salutem in Domino. Notum facio quod in nostra praesentia constitutus Drognus de Melloto armiger, spissiae et castri canini Dominus. - juravit quod decimas, legata, etc. quae G. de Melloto quondam Dominus Prisci avus suus, et Droco de Melloto quondam Dominus Locharum, pater ejusdem Guillelmi contulerunt. . . . prout <sup>V<sup>o</sup></sup> pater Autissiodorensis Episcopus pater ejusdem Drogni ordinaverint etc. . . Datum anno 1258, mense junio. Drognus videtur esse idem ac Droco, nam in alio documento apud eosdem Sammarthanos nostro Droco sic <sup>magister</sup> <sub>communiter</sub>

commemoratur: « Omnibus presentes literas inspecturis H. Decanus... et alii, Noscitur  
universi quod cum nos emissemus a viro nobili Drocone De Melloto Domino Episcopi (sive  
Spissie) Castri canini et Ulmi et Helvici ex ore ejus (hoc est filia fundatoris hujus) laudante et con-  
sentiente R<sup>di</sup> Patris nostri Guidonis Dei gratia Autissiodorensis Episcopi etc. Datum anno  
1248 » Et in alio: « Droco De Melloto miles Dominus s<sup>ti</sup> Prisci et Castri Canini notum  
facio universis quod ego sum homo ligius et heredes mei similiter esse debebant homines  
ligii R<sup>di</sup> Patris et carissimi patris mei Guidonis De Melloto Dei gratia Autissiodorensis  
Episcopi, nomine Autissiodorensis Ecclesie, et successorum suorum Episcoporum etc. Datum  
anno 1269 mensis Aprilis. » Et est aliud quod sic habet: « Ego Droco De Melloto miles  
Dominus s<sup>ti</sup> Prisci et Castri canini notum facio quod domus fortis de Belchia que fuit  
nobilis viri defuncti Guillelmi De Melloto quondam Domini s<sup>ti</sup> Prisci avi <sup>mores?</sup> <sup>monet?</sup>  
de legio Episcopi Autissiodorensis... et quod predictus carissimus avus meus receperat  
a tempore quo decessit, tenebat nomine Autissiodorensis Ecclesie predictam domum in  
feodum ligium a carissimo patre meo et filio suo Guidone De Melloto Episcopo Autis-  
siodorensi etc. Datum anno 1269. » Literae vero quibus prefatus Guillelmus Dominus  
s<sup>ti</sup> Prisci patet dictam domum suam de Belchia esse clientelarem Ecclesie Autissiodorensis,  
extant apud eodem sancti martini anas sicut et aliae literae Droconis De Melloto Domini Lochar-  
rum et meduance, prefati Guillelmi patris quod ante sunt anno 1248. ex quibus patet  
utrumque vixisse eodem anno. - [Inter miscellanea Epistolarum Com. 7. Episcopi Da-  
cherii extat epistola Odonis Episcopi seculari ad Innocentium IV data anno 1249  
in cypro feria 4<sup>a</sup> ante resurrectionem Domini in qua inter cetera dicit eisdem diebus  
viam universae carnis ingressos fuisse Willhelmum De Melloto seniore, Willhelmum  
De Barro et alios quam plures milites de peregrinis francis usque ad ducentos quadraginta  
ut habet Guillelmus de Angis in suo Chronico ad annum 1248] - Une miroir quod san-  
cti martini dicit prefatum Droconem Dominum Locharum esse eundem qui sub Rege  
Philippo Augusto Francie constabularia prebatur quem in receptione Comitum stabuli  
ad calcem historie Genealogice Principum Francie dicit mortuum esse anno 1218.  
Nisi fors an crediderint (ut revera credidisse videntur) prefatum Guillelmum Dominum  
s<sup>ti</sup> Prisci non fuisse patrem Guidonis Episcopi, quod tamen contrarium probatur ex instu-  
mentis superius exscriptis, in quibus Droco De Melloto Dominus Castri canini distincte notat.  
Guillelmum

Guillelmum St. Pisci (qui hominum Episcopi coprocepit anno 1248 De domo sua De Blechia)  
uisse patrem ejusdem Episcopi, ac proinde fratrem Droconis Domini Lochorum qui  
idem hominum approbavit eodem anno 1248. —

(Hactenus S. Le Coutault)

Tabula accuratior ex diatribis Chiffletii. (ita in Coma)

Hugo Dominus Ulmi / fundator Vallis S<sup>te</sup> Georgii. Helvis uxoris vii et ant. adhuc an. 1235

Helvis / filia hoeris nupsit ante an. 1247 Droconi De Melloto Domino Castri Carini, obiit Droco ante an. 1252.

Droco de Melloto bona quaedam contulit Valli S<sup>te</sup> Georgii  
anno 1263, vii et ant. adhuc anno 1269. —

Guillelmus de Melloto  
vivebat anno 1263.

Isabella quae fors an. fuit  
fundatrix Castellae Vallis  
profundae et obiit circa 1301.

Droco de Melloto Dominus Episcopi, uxore sustulit a de Lusignan, consobrina Edwardi I Angl.  
— unius Regis per amicitiam patris sui, communem, habebat, Ingolismensem, adhuc ille vivebat anno  
1290 et fors an. 1294 quo Droco de Melloto quando fecit transactionem, unius castriensis Vallis S<sup>te</sup>  
Georgii.

Droco de Melloto Dominus de Hermine, uxore sustulit a Tamaicet, uxore Leonora uxor  
Guillelmi Cabilonensis Comitis Arctisiodorensis, filia Amedei Comitis Sabaudiae. Droco et  
Leonora simul vivebant anno 1308.

Joanna de Mello uxor Rodulphi Comitis  
D. h. De quibus in alia tabula.

Margherita de qua etiam in altera  
tabula

# Successio genealogica Dominorum Ulmi.

**Hugo** Dominus Ulmi fundator Cartusie Vallis St<sup>i</sup> Georgii Math<sup>i</sup> d<sup>em</sup>, Comitissam, Reverenssem, anno 1231<sup>adj. un. 4</sup> cum aliis Baronibus Nivernensibus sepultus est in hac Domo, uxor ejus Helvis. Helvis unica filia et heres nupsit ante annum, 1247 Droconi de Mello Domino Castellani, de quo extant duae litterae superioris Descriptoe, datae una anno 1247, altera 1263, si tamen non est filii ejus, vide paginas sequentes.

**Joanna de Mello** Domina Castellani et medice partis Ulmi uxor Radulphi I. Comitissae d'Eu et de Guines Comitissae Habuli Francie qui obiit anno 1344 in ludicris castaminiibus habitis ad nuptias Philippi Ducis Burghoniensis filii minoris nate Philippi Valahie Regis Francie.

**Margarita de Mello** Domina medice partis Ulmi sine discrimine (par indivis) uxor 1<sup>o</sup> Mauricii IV. de Craon quondam Andegavorum. 2<sup>o</sup> Joannis de Chalons Domini d'Arlay qui anno 1355 terram Ulmi partitus est cum Galtero de Brienne Duce Bithoniarum et comite Habuli Francie.

**Radulphus II** Comes d'Eu et de Guines Dominus Castellani et medice partis Ulmi, Comes Habuli Francie Parisiis Capite plexus anno 1351, uxor ejus Catharina de Sabaudia de qua nullos habuit liberos.

**Joanna d'Eu** uxor 1<sup>o</sup> Gaucherii de Brienne Ducis Bithoniarum Comitissae Habuli Francie qui Rex Joannes bona Radulphi Comitissae d'Eu sibi concessit. Terra vero Ulmi divisum est cum Joanne de Chalons de Argenteo de Mello marito: occisus fuit Galcherus in pugna Pictaviensi anno 1356. Joanna 2<sup>o</sup> nupsit Ludovico de Breux Comite Stamparum pari Francie St<sup>i</sup> Ludovici Regis abnepoti qui obiit anno 1400, illa vero anno 1389 sine liberis, quamobrem Rex bona ejus, quae fuerant Radulphi patris ejus iterum proscripsit de doteque ea Duci Borbonio sectam antibus Joanne et Henrico de Chalons et Guidone de la Tremouille pro Maria de Sully uxore sua.

In 1<sup>o</sup> marito  
**Amaurius** de Craon comes Trocensis et vicecomes Thoarci ex parte uxoris **Petronilloe** filiae Ludovici Vicecomitis Thoarci, et Joannes Comitissae Trocensis. obiit Amaurius anno 1373 Petronilla fuit fundatrix d. Thoarci

In 2<sup>o</sup> marito  
**Isabella** de Craon uxor 1<sup>o</sup> Guidonis Domini de Laul sine liberis mortui. 2<sup>o</sup> Ludovici de Sully super Ligerim filii Joannis Domini de Sully et Margaritae a Borbonio quae partem habuit Ludovici, et Duce a Borbonio

In 3<sup>o</sup> marito  
**Ludovicus de Chalons** Dominus de Arlay obiit anno 1367. uxor ejus Margarita de Vienna Domina d'Arqueil, Luis et et Viteaux.

**Maria** Domina de Sully et Craon nupsit 1<sup>o</sup> Carolo Bituricensi filio Joannis Ducis Bituricensis filii Joannis Regis Francie. 2<sup>o</sup> Guidoni de la Tremouille filio alterius Guidonis fundatori secundo domus Le-vigniacensis ut constat ex necrologio ejusdem d. Post mortem, Joanne d'Eu Guido nomine conjugis sue ac Joanne de Chalons Dominus d'Arlay et Henricus de Chalons Dominus d'Arqueil sibi vindicabant terras de Chastel Chinon, Troy, Durouer, les Places, Beauche, Louisy, Hubart et Ulmi (Lorne). Sed tandem ipse Guido nomine proefatorum, anno 1395 transegit cum Ludovico II. Duce Borbonio cui Ulmus et major pars aab prodictarum terrarum, cesserunt. Obiit Guido an<sup>o</sup> 1408 vel 1409 ut dicemus in Domo Divionensi. 3<sup>o</sup> nupsit **Maria** Carolo I. Domino d'Albrat Comite Trocensi comite Habuli Francie filio primogenito d<sup>em</sup> d<sup>em</sup> Domini d'Albrat et Margaritae filiae Petri I. Ducis Borbonii. Occisus fuit Carolus an<sup>o</sup> 1415 in pugna Azincotta et signatur in sb. 1416 - In 2<sup>o</sup> conjugue habuit

**Joannes de Chalons** Dominus d'Arlay et medice partis Ulmi, et Princeps Arausionis ex parte uxoris quae fuit Maria de Baux filia unica et heres Raymundi des Baux Principis Arausionis, quo mortuo Joannes in principatum successit. Ipsa est uxor nomine Guido de la Tremouille anno 1395 transegit cum Duce Borbonio pro tenis Castellani Ulmi et et aliis

**Henricus de Chalons** Dominus d'Arqueil occisus in bello contra lucas sine liberis; cuius nomine Guido de la Tremouille transegit cum Duce Borbonio.

**Georgius** Dominus de la Tremouille Comes de Guines, Baro de Sully et hie videtur esse idem quem s<sup>an</sup>marth<sup>an</sup> in Philippo Audaci Duci Burgundiae dicitur ab eodem Principe ita amatum, ut eum (quem tantum vocant Dominum, de Sully) viderent cum Guidone et Guillelmo de la Tremouille ad suos pedes in Cartusia Divionensi sepeliri. Ad eodem Georgio orti sunt alii Domini de la Tremouille. In ch. 1475 legitur obitu Margaritae de la Tremouille militissae de qua in d<sup>o</sup>

**Joannes de la Tremouille** Dominus de Tomelle l'gues Ordinis Velleris aurei nullos habuit liberos et uxore sua Jacqueline d'Amboise filia Angerici d'Amboise Domini de Rochecorbon in Bretona agro.

**Maria et Isabella** dissidit Dominis nuptae.

**Ludovicus** Princeps Arausionis

**Joannes de Chalons** Baro de Viteaux Charanis, Perreper-tuis, Grignon et Ulmi Cabilonensis fundacionem Vallis St<sup>i</sup> Georgii confirmavit anno 1451, uxor ejus Joanna de la Tremouille Comitissae de Toigny filia Guidonis de la Tremouille et Margaritae Comitissae de Toigny. Hic Guido erat filius Guillelmi de la Tremouille Domini d'Antigny, d'Esson, et de Bourbon Langy fratris minoris nate Guidonis de la Tremouille mariti **Mariae** de Sully. Ambos sepulto sunt apud Bezeleiacum ubi missam fundaverunt.

**Guillelmus Princeps Arausionis**

**Carolus de Chalons** Comes de Toigny, Baro de Viteaux, hie sous Montreuil, Fourmiere, Pierrepertuis etc. uxor 1<sup>o</sup> Margareta de Binquelin (ch. de Banquet) Baronissa d'Elmery vidua Arbrun<sup>i</sup> Domini Castellani ad matonam.

**Bernardus de Chalons** Dominus de Grignon, uxor Maria de Rougemont

**Leonardus** Baro Ulmi sine liberis

**Antonius** Episcopus Eduensis Baro Ulmi post patrem obiit 1500

**Ludovicus** Dominus de Isle sous Montreuil, Pierrepertuis, Fourmiere sine liberis.

**Isabella** uxor Henrici de Viteaux

**Margarita** uxor Joannis de Beaupremont

**Philibertus Princeps Arausionis** obiit 1512 uxor Maria Comitissae de Nant.

**Carola** sive Charlotta de Chalons Comitissae de Toigny, Baronissa d'Elmery, de Viteaux, Isle sous Montreuil, Pierrepertuis, Fourmiere Grignon et Ulmi Cabilonensis post mortem, Theobaldi patris sui. Uxor 1<sup>o</sup> Adriani de H. de aure Domini de Plesles. 2<sup>o</sup> Francis d'Allegre Domini de Plescy

**Theobaldus de Chalons** Dominus de Grignon et Ulmi Cabilonensis sine liberis.

Antoniemus Princeps Carolus de chalon Comes de Toigny, Baro de Vitreux, &c. Bernardus de chalon Dominus Leonardus Antonius Ludovicus Isabella Margarita

Arausionius

sous Montcauil, Fourmiere, Pierrepertuis etc. unon Toama de Binguelin (ab. de Banquetin) Baronissa d'Imery vidua Arburii Domini Castellonis ad makhonay -

de Gignon, unon Maria de Rougemont

Baro Ulmi sine liberis

Episcopus Eduonis Baro Ulmi post partum obiit 1500

Dominus de Pisle sous Montcauil sine liberis.

unon Lic. Bauto de Barvet

unon Joan. nis de Beaupremont

Joannes Princeps Arausionius

Philibertus Princeps Arausionius obiit a: 1530 sine liberis  
Claudia patris heredis unon Rumi Comitis de Mad. - au.

Carola sive Charlota de chalon Comitissa de Toigny, Baronissa d'Imery, de Vitreux, Isle sous Montcauil, Pierrepertuis, Fourmiere Gignon et Ulmi Cabilonensis post mortem Theobaldi patris. Unon 1.º Adriano de H. de aure Domini de Pisle. 2.º Francisca d'Allegre Domini de Pisy

Theobaldus de chalon Dñs de Gignon et Ulmi Cabilonensis sine liberis -

Renatus de narax Princeps Arausionius - obiit sine liberis obiit 1544. Guillelmum cognatum, dicit heredem principatus -

Joannes de Maure Comes de Vesle et de Toigny unon Anna de Hamieres.

Claudius de Maure lques 1/2 Joamis Gerolimitani, deinde uxorem duxit Tulcanam, uellechien, fuit Baro de Pierrepertuis et Ulmi

Nicolaus Baro Desmery unon Toama de Herland - arais de Bona ma Joan. ni et Isabella liberis Barb. - ma sororis sue

Barbara de Maure Baronissa de Gignon, et medice partis Ulmi Cabilonensis ex sena. - tunc cum anno 1546 et ex partitione facta cum Ludovico de H. de aure. unon Antonie de Dinteville Baronis de Meur. - uille et Fougeroles, Dñs de Pisy Montcauil, et Luzei obiit an 1575.

Anna d'Allegre Domina de Vitreux, Fourmiere, et Pisy unon 1.º Antonie du Prat Dñs de Montcauil. 2.º G. de Clermont marchionis de Gallierande.

Ludovicus de Maure marchio de Mesles Comes de Toigny, Baro de Pisle sous Montcauil obiit 1572 - unon 1.º Renata de Rieux. 2.º Mag. - Selen & Olivier filia cancellarii Francie.

Ludovica de Maure unon Guidonis de Lons ex quibus maritones de Mesles etc.

Claudia de Maure Baro de Pierrepertuis et medice partis Ulmi Cabilonensis, natis partibus infensa an 1567 unon Renate de Bellanger

Joannes Baro de Dinteville, Meurcuille, Fougeroles, Esmer, Gignon unon, et medice partis Ulmi Cabilonensis, Dñs de Pisy, Montcauil et Luzel, cui mater non solum bona quae sibi in Charlota de chalon, et Adriano de Maure composuit, et scripsit, sed etiam omnia quae post eum et alim Louis Renati Principis Arausionii. obiit 1582 - unon Gabrielis de Stainville, Dña de Sommelonne et Montplonne -

Isabella unon Joamis de la Riviere a quo Dñs de la Riviere et alii

Antonius du Prat Dñs de Montcauil Vitreux et Pisy unon Anna de Banson al eo maritones de Montcauil.

Franciscus du Prat Baro de Fourmiere et Pisy unon Anna Seguer

Antonia unon Christophori de Allegre a quo marchiones d'Allegre

Antonius et Carolus mortui sine liberis -

Claudia de Bellanger Baro de Pierrepertuis et medice partis Ulmi Cabilon, unon 1.º Domini de Coisy. 2.º Domini de Lomieu sine liberis. Hoc an 1613 dicit Joachimo Antide de Bussy cognato suo partem suam, quae am habebat in terram Ulmi Cabilonensis et sic in Joachimo tota pars Ulmi Cabilonensis olim Divisa, fuit iterum recollecta -

Joachimus de Dinteville Baro ejusdem loci, Meurcuille, Gignon et Brix, unon Esmer, medice partis Ulmi Cabilonensis, Dñs de Pisy, Sommelonne, Montplonne et de Montcauil, superius Dñs de Fougeroles, lques curatus, Prorex Campanie et Brix. unon 1.º Margareta de Dinteville, deinde obiit an 1596 Leonoran, de Sabulucianis, mortuus sine liberis.

Antonia mortua post partitionem facta cum Hub. de Chastenay filia sororis sue a: 1607 fuit Dña d'Imery, Meurcuille Gignon, medice partis Ulmi Cabilonensis, de Pisy, de Montcauil, Sommelonne et de Montplonne unon Karoli de Bussy Baronis de Hainca.

Agnés unon Joachimi de Chastenay Baronis de Lenty

Antonius du Prat Baro de Fourmiere et Pierrepertuis post mortem, dicitur de Bellanger. unon ejus Christiana Seguer.

Antonius du Prat Comes de Fourmiere, Baro de Pierrepertuis, unon Claudia de Barre Rufi qui trans egerunt an 1646 renunciant, unum quo sibi asserebant in terram Ulmi, et unum quo habuerunt donationem, factam a Claudia Bellanger -

Joachimus Antidus de Bussy Comes de Brix, Baro d'Esmer, Meurcuille et integra partis Ulmi Cabilonensis ex parte matris, et ex donatione sibi facta a Claudia de Bellanger in 1613, Dominus de Pisy, Sommelonne, Montplonne et de Montcauil - unon Francisca de Saulle de Parannes.

Huberta de Chastenay marchio de St Brix, Baro de Dinteville, unon ex partitione facta cum Antonia de Dinteville matris a sua viri an. 1603. unon Karoli Comitis de Coligny Dñs de Dinteville lques vicariis et prorex Campanie -

Claudius Antonius de Bussy marchio de Dinteville, Baro de Meurcuille, Esmer, Ulmi Cabilonensis, Dñs de Sommelonne, de Montplonne et de Montcauil, occisus in pugna ad an. 1642, unon Margareta le Roy de la Grande à Paris -

Maria de Bussy de Dinteville Baro de Meurcuille Dña de Pisy et Sommelonne ex partitione facta a: 1644 cum Huberta sorore sua, unon Francisca Comitis d'Estain Baronis de Urd et Arual -

Huberta Renata de Bussy de Dinteville, Baro d'Esmer et Ulmi Cabilonensis, Dña de Montplonne et de Montcauil, ex partitione cum sorore. unon Joamis de Mesgrigny marchionis ejusdem loci et de Vendevre, vicecomes de ceensis, Dominus de Briel, Protomes imp. an. 1646 unum Patribus Vallis St. Georgii quibus loco us agi quod habebat in S. G. an. Ulmi de deant 337 aspecta perpetuo possidenda, eodem quoque anno trans egerunt Bussy, Antonius du Prat qui vis ebat jus quod sibi vindicabat in terram Ulmi etc. -

Joachimus d'Estain marchio de Urd 1649 -

Joannes Francisus de Mesgrigny marchio de Vendevre 1649.

Maria Margarita Renata

Maria Francisca

# Benefactores Cartusiae Vallis sancti Georgii

In calendario quidem ejusdem domus excerpti, et ad nos transmissi, sed sine die  
aut mense, (ita d. Le contes de la cartulaire in notitia. —)

Hugo Dominus Ulmi fundator Vallis s<sup>cti</sup> Georgii et antecessores ejus, et nobilis Helvys uxor<sup>is</sup>  
Regina Alba

Guido Comes Miscanensis. — Matildis Comitissa et isernensis.

Oroco Dominus Ulmi et uxor ejus.

Symon Abbas Corbigniaci.

Dominus Sequinus de Moulins.

D<sup>ni</sup> Joannes de la Cornelle

D<sup>ni</sup> Guillelmus Liberort et uxor ejus.

Durandus Bangiers de Corbigniaco, et Bona uxor ejus.

Artandus de Corbigniaco. — Albertus monachus de Corbigniaco.

Elizabetha de Montesot

Beneventa filia Massis

Sauvericus et J. uxor ejus et Guillelmus pater ejus de Vegeliaco et uxor ejus.

Odoninus et Joannes pater ejus et uxor eorum de Vegeliaco.

Girardus Hambarz et filii ejus de Vegeliaco.

Joannes Magister Leprosorum de Vegeliaco cum uxore sua.

Bernardus de Chamii cum uxore sua.

D<sup>ni</sup> Guillelmus Capellanus de Ulmo.

Robelinus de Loques. — Hugo miles de Loques.

Petrus de Grampré et Hugo nepos ejus.

Blayson Bruere et Robertus maritus ejus.

Duboninus filius sacerdotis.

Galtens de la Roche — Obertus de la Roche.

Regnandus Li Pelites — Rulfus de Chamii.

Osanna de Patro — Suda de Gemini

Toannes Guiaz. Boninus De Gemini.

Regnaudus De Gemini qui dedit sua.

Cantor Wuentis. - Robertus Canonicus De Cerson.

Dñs Guillelmus Capellanus capelle t<sup>te</sup> Petri.

Bernardus Loupertum. - Magister Thiericus.

Elizabeth Dumoulinet. - Bernardus Dubois.

Uxor Dñi Joannis Dausois. - Beuies Clericus De Poquet.

Bona mater Joannis Moreth.

Galterus molendinarius et Christiana qui dederunt terras suas.

Dñs Regnaudus De Melloto Dominus De Chacencia qui dedit centum solidos annui et per-  
petui redditus assignatos super terram suam totam De t<sup>te</sup> Martino De Podio pro anniversario  
suo, et Dña Joanna De Castro Perrone Dña De t<sup>te</sup> Perisio dicti militis quondam uxoris.

Perrinus De Sauleu et Ferrinetta uxor ejus dederunt 40 tanta curri pro suo anniversa-  
rio, et una collecta quotidie dicenda.

Girardus Bruneriu De Corbigniacis qui dedit centum solidos semel percipiendos pro anniver-  
sario suo.

Joannes De Moura civis Lugdunensis qui dedit pro elemosyna trecentos florenos aureos et  
seadecim francos pro anniversario suo et Joannis De Moura patris ejus quolibet anno faciendo.

Joannes dictus Boileau et Maria uxor ejus dederunt pecuniam pro emendo octo libratae terre  
pro anniversario suo et pro una collecta quolibet die in missa pro Defunctis dicenda.

Dña Anna Regina Francie quae cum esset et Regens regni confirmavit sex modios salis a  
Ludovico XIII concessos.

Baronus Oglete qui una cum Joanne filio suo et Huguetta uxore sua multa proedia in  
villagio De Montigny Bardelagio domni astrinxit.

Margarita Gonillone quae decem solidos annui redditus legavit super domum suam  
Corbigniaci sitam.

Hugo Bochez De villagio De Poquet qui fontem montis concessit cum potestate adve-  
cendi illum, per possessiones suas absque ulla damni restitutione, multa etiam alia proedia  
in eodem loco concessit.

Nobilis Guillelmus De Savigny concessit facultatem libere et quiete acquirendi in paro-

-chis De Poquet

chius de Pouques et de Abagny.

Alipides Fochet de la corcelle dedit domum quam ibidem possidebat cum aliis fundis ad <sup>assum</sup> ~~liber~~

Joanna vidua Jacobi Triboulet de Villagio de Pouques ibidem donavit quendam fundum.

Joannes de Paletrat dedit Bodeluigium quoddam super Oschiam, cum prato et bosco apud <sup>Mont-</sup> ~~Mont-~~ <sup>morillon</sup>

Petrus Le Bourgeois se et omnia quae possidebat in villa de la Vallée huic ecclesiae dicitur.

Guillelmus de Montigny qui iuris minagii Ulmi cuius media parte praebeatur, immunitatem concessit pro sua monachae salute.

Reginaldus de Melloto l'gues qui instantia uxoris suae Dnoel de Chatelet Chiron villam suam de la forest concessit ut duo annis araria haberet quotannis.

Dñs Guillelmus de foctis (Soctis) curatus de Pouques qui centum libras legavit pro nutentatione unius monachi, cuius corpus in parvo claustris ante ostium capituli sepultum est.

Petrus Lore de Vassy dedit quoddam pratum situm in Montois e.

Laurentius Chapuis ostarius domus qui testamento omnia bona sua domui legavit.

Eugenius Dmiot qui una cum aliis consobrinit suis unum Denarium, census supra fratrum Barault domui constituit.

Petrus Maulluy de Pouques qui se et sua omnia Deo et domui dicitur.

Eugenius Duerot qui pratum dictum de Reuines situm à la corcelle, et alia praedia largitus est ut precibus nostris associaretur.

Perranetus Cheuriau qui una cum Iristia uxore sua unum obolens super possessiones suas domui legavit.

Ludovicus XIII Rex Franciae qui dedit domui sex modios salis in horreo Vergiliaco annuatim percipiendos iuxta praetium mercatoris.

Joannes Boisleau et Maria uxor eius qui dederunt pecuniam pro emendis octo libratis terrae. - (forte idem de quo jam supra, ad D. D. Le Contable)

Petrus Reguillard qui una cum Regina uxore sua pietatis intuitu, censui domus quaedam terras et prata in villagio de Pouques subiecit, et etiam possessiones, liberam, Bodeluigis nobis attestavit.

Maria relicta Philippi Godeau <sup>civis</sup> Ulmentis quae pratum, dictum, Champelot domui donavit.

Seguinus de Pouques qui terram, et pratum, in eodem vilagio in piam elemosynam domui largitus est.

Joannes Gillier de Montmorillon qui quoddam pratum, dictum, le Cloisau bodelagio nobis <sup>attestavit</sup>.

Nobilissima D<sup>na</sup> Joanna D<sup>ni</sup> uxoris Ill<sup>mi</sup> Ducis Althemensis quae quicquid juris habebat  
in molendino de Geminy Domui cessit prohibens parochiis de Pouques et de Hagny ne alibi <sup>molendina</sup>  
Joannes Guilmella et parentes ejus qui multa bona fecit huic Domui, cui specialiter  
Dedit tres francos in redditibus collocandos.

Alipides filius Petri P<sup>re</sup>st<sup>re</sup> de Corcella quae multa praedia Domui concessit.

Nobilis Archambaud Bouhier D<sup>ni</sup>us Des Aulais qui praecipit uxori suae Catharinae de Corvoux et  
Joanne filio ut terram dictam in champagne Domui relinquerent.

Joannes de Cranfont de Villet qui pratum suum in villagio de Pouques Domui bordelagio astrinxit

Aboninus le Grand P<sup>re</sup>st<sup>re</sup> qui domum et terram quamdam apud Geminy sitam bordelagio astrinxit.

Guilhelmus solita Petri de L'Estang quae ob accepta a nobis plurima beneficia cessit quod d<sup>ni</sup>  
pratum situm super stagnum de Geminy.

Guillelmus Boulier curator xeno D<sup>ni</sup> illmensis qui nobis concessit decem solidos cen-  
suales annui redditus et quatuor sextaria frumenti super grangiam nostram in Chauvy.

Joanna vidua Petri Comaille quae mediam partem decimarum Marnay inter nos et  
ipsam indivisam reliquit.

Robelinus Cothard curatus parochiae de Pouques qui stagnum cum moletrina nunc  
destructa de Gantersau nobis donavit; insuper quicquid juxta nemus de la Courbaste <sup>possid</sup>  
ad e<sup>st</sup>.

Hugoninus Toly de Hagny qui se et sua omnia huic Domui consecravit.

Guillelmus Moarpas de Vellerot qui pietatis intuitu pratum situm a Hagny nobis concessit.

Perinus Gocier de Geminy qui quicquid possidebat nobis reliquit.

Simonetus Baron de Hagny qui se et omnia sua Ecclesiae nostrae d<sup>ni</sup>cauit.

D<sup>ni</sup>us Droco jam supradictus de Helloto D<sup>ni</sup>us Ulmi et Castri canini autentice funda-  
tione, hujus domus confirmavit, usagium in nemoribus Ulmi concessit, decimas quas  
in parochia Ulmi percipimus amortizavit, et multa alia beneficia nobis concessit.

Guillelmus de Montemest qui ob multa a Religiosis accepta beneficia, sua omnia moriens  
nobis legavit.

Guillelmus de Lucery qui terram sui pratum cum nemore in dicto loco engros bois  
sitam bordelagio oneratum concessit.

Moreau de Pouques qui se et sua omnia huic Domui tradidit.

Parises Campoigniet<sup>ol?</sup> de Bailly qui ut associaretur precibus nostris terrulam ibidem  
sitam

sitam, nobis donavit.

Petrus Callet de la Vallée qui una cum Rogneta uxore sua dedit nobis terram sitam  
en la Chaume Dessous le Bois ut sepeliretur in cœmiterio nostro.

Martinus Touenne de Grandpré qui publice et in jure confessus est se et cuncta quae  
habebat, huic ecclesiae dedit et consecrasse.

Petrus Chamot de Pouques qui domum ibidem sitam nobis dedit.

Dñs Reginaldus de Melloto qui dedit nobis centum solidos annui redditus et Dña  
Joanna de Castro perrone uxor ejus.

Benedictus de Quarterat de Montigny, qui ut associaretur precibus nostris, omnia bona  
sua nobis largitus est.

Robertus de Grandpré qui cum Alaisone Bruere uxore sua omnia quae possidebat mo-  
-bilis et immobilia nobis donavit pro remedio anime suae et nobilis Hugonis Dñi Ulmi  
fundatoris hujus domus.

Joanna Grosolè quae unanimiter cum Petronilla filia sua et Huguenino ejusdem  
-marito quicquid possidebat in nemore grandis prati et in coeteris praediis huic loco adja-  
-centibus nobis concessit.

Nobilis Joannes de Chalons Dñs Ulmi et Viteau qui donationem a suis predecesso-  
-ribus suis factam confirmavit, coegitque bordelagia nobis denegantes solvere, mediam  
partem molendini de Charriere remisit; denique hanc domum cere alieno et molestis  
officialium Ulmi liberavit, ne patres nostri ob illa discederent, ut a Capitulo generatim  
-anni 1412 ordinatum fuerat.

Domicella Margarita Darices quae una cum filio suo Brocone de Melloto legite  
-Dño de St. Briex in puram elemosinam pratum de Maupassat largita est.

Petrus Boulier qui dedit nobis duos modios frumenti annui redditus.

Girardus Brunerius de Corbigniacis qui dedit nobis centum solidos.

Adam Quodard qui unanimiter cum uxore sua cuncta quae habebat vel habere  
-poterat nobis concessit ut precibus nostris associarentur.

Reginaldus de Coudroye de Pouques qui campum dictum le Genesois nobis reliquit.

Theobaldus de Charomonte qui una cum Labella uxore sua et utriusque liberis quid  
-juris habebant in cunctis possessionibus suis nobis dederunt.

Obelinus Champier qui donationem a Christina uxore sua nobis factam, de omnibus quae possidebat, ratam fecit et approbavit.

Joannetus Germereau qui unanimiter cum Joanna uxore sua de illo multa bona nobis fecit.

Henricus Roichot qui cum Petra uxore sua de Neuchâtes omnia quae possidebat huic Domui donavit.

Perreneta uxor Petri Dubonne de Luderoy quae sex Denarios annui redditus super pratum dictum, de la Brosse assignavit, ut singulis annis pro ea univ. versis annis, mense octobri perciperetur.

Hugo Pitois de Chevigny qui fundum in parochia de Pouques nobis transmisit.

Joannes de Moura qui dedit nobis trecentos florenos et sexdecim francos cui associatur Joannes de Moura pater ejus. (cum cui ille semble qui on a Dupasser. pro anniversario suo an)

Agnes Bardoux relicta Elbini Coterault quae cum Bonneto filio eorum donationem a Roberto Bardoux factam quorundam juriem, super terras sitas à Pouques ratam fecit et coram Archiepiscopo Brabonensi super sacrosancta Evangelia confirmavit.

Joannes de Vellerot qui Bordelagium, nobis transmisit super terras sitas a Pouques dictas au Courdray.

Martinus Le Charbonnier de la Corcelle omnia quae possidebat nobis cessit.

Petrus Le Paillouët qui cum Joanna uxore sua de Pouques quo Ddam pratum nobis dedit et associatur precibus nostris.

Joannes Jaquerius de Gemey qui absolutionis a pluribus excommunicationibus quas incurrerat, sibi a nobis procurator non ingratus, omnia quae possidebat tanquam mobilia quam immobilia nobis dedit. —

(Nectenus de Le Coutroux in notitiis.)

1238, 6 febr. — Gregorius Papa IX privilegium Carthusiensibus Vallis sancti Georgii concedit. —

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis priori Domus Vallis sancti Georgii, Carthusiensis ordinis, ejusque fratribus, tam praesentibus quam futuris, regularum vitam professis in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus apostolicum contulerit adesse praesidium, ne forte cupiditate temeritatis incursum, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacrae religionis infringat. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus clementer annuimus, et domum vestram, cum omnibus bonis, praeiis et possessionibus, quae improcellantiarum, rationaliter possidetis, aut in futurum, justis modis, praesente Domino, poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus, et praesentis scripti privilegio communitimus, et terminos domus vestrae ab ordine Carthusiensi, quem post generale concilium suscepistis, provida deliberatione statutis auctoritate apostolica confirmamus. Ad hoc auctoritate apostolica interdiximus et sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis infra praedictos terminos hominem capere, scertum seu rapinam committere aut ignem apponere, vel homicidium, facere audeat, aut homines venientes ad domum vestram, vel redeuntes ab ea quomodo libet perturbare, ut ob reverentiam Dei et loci vestri infra dictos terminos non solum vos et fratres vestri, sed etiam alii plenam pacem habeant et quietem, liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos a saeculo fugientes ad conversationem vestram recipere, et eos absque ullius contradictione in vestro collegio retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam, in eodem loco professionem, absque licentia sui prioris fas sit de claustris vestro

vestro discedere, discedentem vero absque communium litterarum  
vestrarum, cautione nullus audeat retinere. Sane novakium, res-  
torum, quae propriis manibus, aut sumptibus colitis, de quibus  
aliquis haecenus non percepit, sive de hortis, virgultis et pesca-  
tionibus vestris, vel de vestrorum animalium, nutrimentis, nullus  
a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat. Adicientes  
quoque statuimus, ut infra dimidiam leucam, a terminis  
possessionum, vestrarum, nulli religioso liceat quodlibet aedifici-  
um, construere, vel possessiones adquirere, sicut ordini vestro  
dicitur ab apostolica sede concessum. Consecrationes vero  
altarium, seu basilicarum, ordinationes clericorum, vestrorum,  
qui ad ordines fuerint promovendi, a dioecano suscipietis episcopo,  
si quidem catholicus fuerit et gratiam, ac communionem, apos-  
tolicae sedis habuerit, et ea vobis gratis et absque gravitate aliqua  
voluerit exhibere: alioquin liceat vobis quaecumque malue-  
ritis catholicum, adire antistitem, communionem, et gratiam,  
apostolicae sedis habentem, qui nimirum, nostra fultus auctori-  
tate vobis quod postulaverit impendat. Insuper auctoritate apos-  
tolica inhibemus, ne ullus episcopus, vel quocumque alia  
persona vos ad synodos vel conventus ire forenses, seu iudicio  
saeculari de vestra propria substantia, vel possessionibus ves-  
tris subjaceere compellat, nec ad domum vestram, non vocatus  
causa ordines celebrandi, causas tractandi, vel aliquos  
publicos convocandi conventus venire praesumat, nec regu-  
larum, electionem prioris vestri impediat, aut de instituendo  
vel removendo eo qui pro tempore fuerit contra Statuta  
Cartusienis ordinis se aliquatenus intromittat. Porro si  
episcopus, vel alii ecclesiarum, rectores, in ecclesiam, vestram,  
vel personas ibi constitutas suspensionis, excommunicationis  
vel interdicti sententiam, promulgaverint, sive etiam, in mar-  
- canis

encensis vestros, pro eo quod, sicut dictum est, non solliciti decimas  
vel aliquam occasione eorum quae ab apostolica benignitate vobis  
concessa sunt, seu benefactores vestros, pro eo quod aliqua vobis  
beneficia vel obsequia ex caritate praestiterint, vel ad laboran-  
-dum adjuverint in illis diebus in quibus vos laboratis et alia  
feriantur, sententiam, ferre praesumpserint, ipsam, tanquam  
contra sedis apostolicae indulta prolatam, decernimus irritan-  
-dam, nec litterae illae firmitatem, habeant, quas, tacito nomine  
CARTHUSIENSIS ordinis, vel contra laicam, apostolicarum privilegi-  
-orum, constituta impetrari. Statuimus etiam, ut propter com-  
-munia interdicta terrarum, ecclesia vestra, excommunicatis et  
interdictis exclusis, a divinis non cogatur officii abstinere.  
Ob eunte vero te, nunc quidam, loci priore, vel tuorum, quolibet  
successorum, nullus ibidem, quolibet subreptionis astutia seu  
violentia proponatur, nisi quem, fratres communi consensu,  
vel fratrum, major pars concilii sanioris, secundum Deum, et ap-  
-probata vestri ordinis instituta, providerint eligendum. Decer-  
-nimus ergo, ut nulli omnino hominum, liceat praefatam eccles-  
-iam, temere perturbare, aut illius possessiones auferre, vel  
ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus  
fatigare. Sed integra omnia conservantes eorum, pro <sup>quorum</sup> quibus  
gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis  
profutura, salva sedis apostolicae auctoritate. Si qua igitur  
in futurum, ecclesiastica, saecularive persona, hanc nostrae  
constitutionis paginam, sciens contra eam temere venire ten-  
-taverit, secundo tertiove communita, nisi reatum, suum,  
congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui  
careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de per-  
-petrata iniquitate agnoscat, et a sacratissimo Corpore et  
sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena  
fiat,

fiat, atque in extremo examine districtae subiacet ultioni.  
Cunctis autem eidem loco sua fira servantibus sit post Domini  
nostri Jesu Christi, quatinus et hic fructum, bonae actionis par-  
cipiant, et apud districtum, iudicem, praemia aeternae pacis  
inveniant. Amen, amen, amen,

+ Ego Gregorius catholicae ecclesiae episcopus subscripsi, Bene

+ Ego Jacobus Lusulanus episcopus ss. (valde)

+ Ego Romanus Portuensis et S. Rufinae episcopus subscripsi

+ Ego Rainaldus Ostiensis et Velletrantis episcopus ss.

+ Ego frater Jacobus Penestrinus episcopus ss.

+ Ego Thomas tituli S. Sabinae presbyter Cardinalis subscripsi

+ Ego Johannes tituli Sanctae Praxedis presbyter Cardinalis subscripsi

+ Ego Sinibaldi tituli S. Laurentii in Lucina presbyter Card<sup>is</sup> subscripsi

+ Ego Stephanus sanctae Mariae transiberinae tituli Calixti presbyter

Cardinalis ss.

+ Ego Reinerus sanctae Mariae in Cosmedin diaconus Card<sup>is</sup> subscripsi

+ Ego Egidius M. Cosmae et Damiani diaconus Cardinalis subscripsi

Datum, Lateranis per manus, magistri Guillelmi sanctae Romanae  
ecclesiae vicecancellarii et notarii domini papae, VIII<sup>o</sup> Idus  
februarii, indictione XI, Incarnationis Domini anno MCCXX

XVII, pontificatus vero domini Gregorii papae IX anno XI<sup>o</sup>

(Martene, Thesaurus novus Anekdotorum, Tom. I. col. 999-1001.) -  
(ex Autographo.)

Catalogus  
Priorum Vallis sancti Georgii  
in tabulario Domus et chartis Capituli generalis,  
(Exit de la main de D. Leconteux. —)

D. Joannes, Prior —

« In catalogo ex hac domo ad nos transmissio dicitur profuisse anno 1840, sed utrum fuerit primus Prior non constat.

Anno 1835 Guido De Bergy Episcopus Ardennensis fundacionem hujus D<sup>i</sup> in sua Diocesi sitae confirmat datis sequenti Diplomate:

« Credo divinâ gratia Ardennensis Ecclesiae humilis minister Universis Christi fidelibus ad quos prolescentes literae pervenerint perpetuam rei gestae notitiam cum salute. Incarnata veritas praedicat et concedit bona fidelium opera coram hominibus esse procul dubio faciendae ut Deus Pater celestis et omnium bonorum, creator inde glorificetur ab ipsis hominibus, in caelis et in terris devotius adoretur, et maxime ut audientes et videntes haec ad imitanda continentia vel alia pietatis opera commoveantur merito et pariter imitentur. Quare quae ipso Domino disponente nostris temporibus misericorditer geruntur in terris ad laudem ipsius volumus, prout tenemus, in perpetuum firmari robore literarum, ne super his quae longo temporis spatio praetenduntur ignorantia vel aliqua dubietate hominum obfascari valeat claritas perpetuae veritatis. Unde vestram universitatem, si vis volumus in hac parte quod Dilectissimus in Christo filius et consanguineus noster nobilis vir Hugo Dominus Ulmi gratia Dei et sui ad laudem Dei et Domini nostri Jesu Christi, et gloriosae Mariae Virginis matris ipsius, et S<sup>ti</sup> Joannis Baptistae et B<sup>ti</sup> Georgii martyris, atque omnium sanctorum pro remedio animae suae et nobilis H<sup>c</sup>. uxoris ejusdem, et aliorum suorum antecessorum, animabus in suo proprio fundo et Libero nostrae Diocesis de nostro et Capituli nostrae Ecclesiae Ardennensis assensu et voluntate quamdam domum, Ordinis Cartusienensis quae vocatur *Stadunia Vallis S<sup>ti</sup> Georgii*, jam incepit plenius construere et fundare, terras, prata, nemora, Decimas, redditus bladi et vini et denariorum, atque pasua et alias possessiones, necnon et plures immunitates siue libertates cum aliis bonis temporalibus in perpetuam elemosinam concedendo et assignando eidem prout in literis exinde confectis sigillis praedictorum nobilium Hugo et H<sup>c</sup>. uxoris suae communiter plenissime continetur, quas inspeximus et perlegimus peccimus

fecimus diligentissime coram nobis, quibus diligentius auditis, et clarius intellectis, ad preces eorum  
 - Dem nobilium, necnon et Prioris et fratrum dictae D<sup>e</sup> Vallis S<sup>an</sup>cti Georgii, omnes praedictas elemosinas,  
 - nas, libertates et cetera omnia protractata sicuti de verbo ad verbum in praedictis literis anno-  
 - tantur, Approbamus in Domino et laudamus praedictas fratres Cantuariensis et suis succes-  
 - soribus, et per ipsum supra dictae Domus in perpetuum confirmamus. Et cum necessarium fuerit in  
 his et in omnibus aliis bonis suis jam acquisitis et etiam acquirendis Nos et nostri successores  
 manutenebimus ipsam Domum, in quantum, cum Deo et iustitia poterimus, tanquam res nostras  
 proprias, Domino concedente, ut specialiter esse possimus omnium bonorum, quae sunt et fiunt  
 de cetero in eadem Domo participes et consortes. Si quis autem, contra haec vel aliqua ex his  
 praemissis temere venire presumpsit, iram Dei omnipotentis et maledictionem, incurrat  
 nisi poenitendo satisfecerit de reatu, et in Districti examine iudicii a corpore et sanguine Do-  
 - mini nostri Iesu Christi fiat alienus. Cunctis autem, benefactoribus eorum, fratrum, et haec  
 superius nominata et alia iura et bona supra dictae Domus pacifice servantibus et quiete gratia  
 coelestis in praesenti pacem tribuat et veniam, peccatorum, necnon et in futuro gloriam sempiternam.  
 In cuius rei testimonium, et munimen perpetuae veritatis et confirmationis ad preces supra dictorum  
 nobilium, atque Prioris et fratrum, memoratae Domus sigillum nostrum, una cum sigillo Capituli  
 Ecclesiae nostrae Cantuariensis omnia praemissa approbantis et in Domino collaudantis praesenti paginae  
 approbationis et confirmationis duximus apponendum. Actum anno 1235. — 53

ANNO quoque 1235 Gregorius IX humilis Servus servorum Dei hanc fundationem confirmavit  
 terminas approbavit, eam cum omnibus bonis ponit sub protectione Apostolica, datis sequentibus  
 Gregorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori Domus Vallis <sup>bullis:</sup>  
 S<sup>an</sup>cti Georgii Cantuariensis Ordinis ejusque fratribus praesentibus ac futuris regulari vitam profes-  
 - sis in perpetuum. Religiosam vitam diligentibus Apostolicam, convenit adesse presidium, etc.  
 suntque praesens similis literis Innocentii IV datis an. 1245 quae habentur inter privilegia Ordinis ad  
 calcem antiquorum Statutorum edita: exceptis nominibus Cardinalium qui cum Gregorio hic subscripserunt.

Ego Gregorius Catholicae Ecclesiae Episcopus. — Ego Thomas S<sup>an</sup>cti Sabini presbyter Cardinalis.  
 Ego Johannes Ecclesiae S<sup>an</sup>ctae Praxedis presb. Card. — Ego Gaufredus S<sup>an</sup>cti Marci presbyter Cardinalis.  
 Ego Similaldus S<sup>an</sup>cti Laurentii in Lucina presb. Card. — Ego Stephanus S<sup>an</sup>cti Martini et Colinae presb. Card.  
 Ego Jacobus Lusulanus Episcopus — Ego Romanus Portuensis et S<sup>an</sup>ctae Rufinae Episcopus.  
 Ego Raimardus Ostundis et Velletriensis Episcopus. — Ego Frater Jacobus Praenestinus Episcopus. —  
 (vultimus?)

Ego Rainerius S. Marie in Cosmædin Diaconus Card. — Ego Agidius S. Cosmæ et Damiani Diaconus Card.

Datum Lateran. per manum Mg<sup>ri</sup> Guillelmi S. Rom. Ecclesie Vicecancellarii et notarii  
S. P. 8 idus febru. Indict. undecime. Incarnationis Dominicæ anno 1237 (pushant on a d. d.  
1235 probablenent hoc vancus) Pontificatus S. Gregorii Papæ IX Undecimo. >>

Idem Pontifex eodem anno alias literas concessit in favorem hujus domus subsequali tenore:  
Gregorius Episcopus etc. Dilectis filiis Priori et conventui Vallis S<sup>te</sup> Georgii Cæstasiensis  
Ordinis Diocesis Wundis salutem et Apostolicam Benedictionem, cum a nobis petatur quod ius-  
tunz est et honestunz, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem  
officii nostri ad debitum perducatur effectum. Capropter dilecti in Domino filii vestris justis  
postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et monasterium, in quo Divino  
estis obsequio mancipati cum omnibus bonis quæ impræsentiarum, rationabiliter possidetis,  
aut in futurum, justis modis prestante Domino poterit adipisci sub B<sup>te</sup> Petri et nostra protec-  
-tione suscipimus, specialiter autem terras, præta, nemora, silvas et possessiones necnon et  
libertates et immunitates monasterio vestro a nobili viro Comite Triverensi, et quondam  
Rugone Domino Ulmi pia liberalitate concessas, prout in ipsorum literis inde confectis dicitur  
plenius contineri, ac alia bona vestra sicut ea omnia juste et pacifice possidetis vobis  
et per nos eidem monasterio auctoritate Apostolica confirmamus et presentis scripti patroci-  
-nio communitimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam, nostre protectionis etc.  
Datum Lateran. 11 non. Decemb. Pontificatus nostri anno undecimo —

Anno 1246 Innocentius IV ad petitionem Prioris Vallis S<sup>te</sup> Georgii Archiepiscopus Lugdunensis nominavit, qui hanc domum, contra quoscumque molestatores tueretur dato ad  
eum sequenti mandato:

Innocentius Episcopus etc. Venerabilibus patribus suffraganeis et dilectis  
filiis Electo Ecclesie Lugdunensis, ac univ. eris Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Archipres-  
-byteris et aliis Ecclesiarum Prelatis per Lugdunensem provinciam constitutis salutem, et Apostoli-  
-cam Benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima tualatione didicimus quod ita in  
pluris que partibus Ecclesiastica censura dissolvitur, et canonice sententiae severitas evan-  
-vatur, ut viri religiosi, et hi maxime qui per sedis Apostolicæ privilegia majori donati  
sunt libertate passim, a malefactoribus suis injurias sustinent et rapinas, dum vix inve-  
-niantur qui congrua illis protectione subveniat, et pro pœnâ a pauperum innocentia se munit  
defensionis

Defensionis opposuit. Specialiter autem dilectis filiis Prior et fratres Vallis S<sup>ti</sup> Georgii Cantuariensis  
Ordinis S<sup>ti</sup> Augustini diocesis tam de frequentibus injuriis quam de tempore quotidiano defectu justitiae  
conquerentes, universitatem vestram, literis petierunt Apostolicis excitari ita ut videlicet  
eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate...  
... quod ab angustiis quas sustinent et pressuris, vestro possint pro subsidio respirare.  
Proque universitati vestrae per Apostolica scripta mandamus atque precipimus quatenus  
illos qui possessiones vel res seu domos praedictorum, fratrum, irreverenter invaserint, aut  
ea injuste delinuerint, quae praedictis fratribus ex testimonio decedentium redinguntur, seu in  
ipsos fratres vel ipsorum aliquem contra Apostolicae sedis indulta sententiam excommunica-  
tionis aut interdicti praesumpserint promulgare, vel decimas nor alium, de quibus aliquis  
hactenus non percepit quae propriis manibus aut sumptibus excolunt seu de nutrimentis  
animalium ipsorum spectis Apostolicae sedis privilegiis extorquere, monitione praemissa,  
si laici fuerint, publice candelis accensis singuli vestrum, in Ecclesiis et Diocesis vestris  
excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi  
fuerint eos appellatione remota ab omni officio et beneficio suspendatis, neutram relaxa-  
mus sententiam, donec praedictis fratribus plenarie satisfecerint; et tam laici quam clerici  
seculares qui pro violenta manu injectione in fratres ipsos vel ipsorum aliquem anathema-  
tibus vinculo fuerint innotati, cum Diocesis sui Episcopi literis ad Sedem Apostolicam veni-  
entes, ab eodem vinculo mercantur absolvi. Datum Lugduni septimo kalendas Junii Pont-  
ificatus nostri anno tertio. 5

Sub eodem Priore Joanne anno 1240 ad instantiam fundatoris herethetae seu termi-  
norum constitutores eidem domui a Capitulo generali deputati sunt, qui sequenti rescripto,  
quod justificarent, determinarunt:

« In nomine Domini Amen. Anno ab incarnatione Domini millesimo  
ducentesimo quadragesimo, Ego pater Joannes de Sabaudia humilis Prior Vallis viridis prope  
Parisiac Ordinis Cantuariensis auctoritate Capituli generalis mihi in hac parte commissa, ad  
instantiam, et requestam Nobilis Hugonis Domini Ulmi fundatoris domus B<sup>ti</sup> M<sup>ae</sup> Vallis S<sup>ti</sup>  
Georgii Ordinis praedicti S<sup>ti</sup> Augustini diocesis terminos constituit, magnos videlicet ad acqui-  
rendam possessiones, et parvos ad exendum monachis in domo Vallis S<sup>ti</sup> Georgii proe-  
dicti Ordinis. Terminis pro acquisitionibus deinceps in dicta domo erunt, a loco in quo  
situationem

situationem et monasterium usque ad locum qui vocatur Bracy, et pari modo usque ad sanctum Georgium de Carre', et a loco de Carre' usque ad Chastelleux, deinde usque ad Vezeley et postea usque ad Monceaux et ab illo loco usque ad sanctum Leonardum, et ab hoc usque ad Ouroux et postremo ab Ouroux usque ad Bracy. Quae quidem loca in gyro distant ad duas vel tres leucas vel circa a dicto monasterio. Infra quos terminos inclusive poterunt fratres seu Rectores dicti monasterii presentes et futuri in perpetuum acquirere redditus et possessiones secundum formam debitam, nostrae institutionis, morem antiquorum Fratrum, secundo ritumque secundo Statutorum (2. part. Statut. Antiq. cap. 19. §. 1.) ubi cavetur per expressum, quatenus nulla Domus nostri Ordinis extra terminos suos aliquid omnino possideat absque licentia Capituli generalis, id est non agros, non vineas, non hortos, non oblationes. Et pro terminis quoque monachorum ad exeundum extra, erunt primo a loco monasterii usque ad oppidum Ulmi exclusive, deinde ab Ulmo usque ad S. Martinam, postea de S. Martino usque ad Empuriacum, ab illo autem loco usque ad molendinum de Quercu, et ab illo molendino usque ad montem Sabotha ad vineas, deinde usque Anthenis, et de Anthenis usque ad Villaret, postea de Villaret usque ad Valentignas, et de Valentignas usque ad Marnay, et postremo de Marnay usque ad Hlanvoij, quae quidem loca distant a monasterio per median, Peucan, et alique ad unam, et non ultra. Infra quorum omnium loca exclusive poterunt monachi de licentia Prioris exire diebus spatiorum, semel in anno sicutaxat videlicet quando faciunt ieiunia illa duo post Pascha quae apud nos appellantur Omnino. Cetera vero non asterium, in discretionem Prioris est, quando et quotiens sibi videbitur, exire debeant. Datum anno quo supra, die vero octava Aprilis sub sigillo<sup>lo</sup> praebite Domus nostrae Vallis viridis in testimonium praesentorum. >>

Hactenus literae constitutionis terminorum, in quibus profecto hic et potius in eorum epigrapho (ut recte observat Bohicinus) manifestus error irrepit, dum haec horschesia dicitur facta anno 1240 per Priorem, Domus Parisiensis quae nondum fundata erat; immo antiqua statuta, quorum in eisdem literis mentio facta est, per Ruffinum tantum edita sunt anno 1259, ut ~~ex~~ apparet ex cap. 1. secundae partis eorundem. Scripsit nuper quidam, ex hac Domus terminos quidem praescriptos fuisse anno 1240, ad instantiam Hugonis fundatoris qui obiit ante annum 1247 ut constat ex literis Droconis de Melletto Junioris eodem anno 1247. Datis quae habentur superius: approbatos vero fuisse tantum post annum 1259 per Priorem Parisiensem. — >> ita est. —

## D. Rogerius Prior. -

« Proceat annis 1260 et 1263 quo obtinuit literas confirmationis et augmenta-  
-tionis a Drocone de Belloto. Videtur autem anno 1269 translatus ad regimen  
Domus Parisiensis. - » ita cat. - Anno 1265 Rogerius jam erat Prior Parisiensis. v. d. cat. Prior. Par.

## D. Petrus Prior.

« Domum medesabatensis annis 1271 et 1273 quibus fuit diffinitor Capituli gener.  
ut ex Diversis instrumentis apparet. Anno quoque 1276 cum G. Priore Vallis S. ei  
a Capitulo generali ad Domum Ligeti missus fuit ut ejusdem, d. terminos dilataret,  
In quibus patet virum fuisse apud Patres non vulgaris existimationis, quem prout ex  
aliqua alia domo ad hanc fuisse translatum, circa annum 1276 Joannes XXI huius-  
-mus Pontifex confirmavit omnes libertates seu privilegia huic Domui a suis ante-  
-cessoribus concessa, datis sequentibus litteris: « Joannes Episcopus servus servorum Dei. Dilectis  
- filiis Priori et conventui monasterii Vallis S. Georgii Castaniensis ordinis S. Benedicti dioc.  
- cesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petatur quod justum est et honestum, etc.  
prout habentur ad calcem antiquorum Statutorum fol. 20 - » ita cat.

## D. Guillelmus Prior. -

« In catalogo dicitur gubernasse annis 1291, 1296 et 1295. Anno vero 1292 confirmationem  
fundationis a Nicolao IV impetravit sub hac forma:

« Nicolaus Episcopus servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori et conventui monasterii Vallis S. Georgii  
etc. cum a nobis petatur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigid-  
- rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Exhibita liquidem  
nobis vestra petitio continebat, quod quondam Hugo Dominus Ulmi prefate diocesis terram a pro-  
- coelestibus et transitoria pro aeternis deciderant salubri commercio commutare, locum in quo  
monasterium vestrum situm est cum omnibus domibus, aedificiis et officinis suis, ac decimas  
de gemini vulgariter nuncupatas, terras, domos, possessiones, prata, pasua, nemora, mo-  
- lendina, redditus, et nonnulla alia bona tunc ad eum pertinentia, necnon in quibusdam  
aliis locis suis usum eundem per illa et redeundi, et ligna incidendi in eis usibus vestris  
opportunit vobis et Ordini vestro, bone memorie Guidonis Episcopi et dilectorum filiorum  
Capituli Wicensis ad id accedente consensu, in puram ac perpetuam elemosynam concessit  
obtentis retributionis aeternae, prout in patentibus litteris inde conceptis plenius dicitur contineri.  
Nos itaque

Ad istaque veteris supplicationibus inclinati quod super hoc pie et provide factum est, ratum et gra-  
-tum, habentes, id auctoritate Apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communi-  
-mus. Nulli ergo omnino hominum, etc... Datum apud <sup>Udnam</sup> veterem quarto... martii Pontifi-  
-catus nostri anno 4<sup>o</sup> - >>

Item, Prior anno 1394 cum Drocone de Melloto sequentem fecit transactionem:

« Universis presentes literas inspecturis - Nos Droco de Melloto miles Dominus Castri castri  
-ni et Ulmi Notum, facimus quod cum inter nos ex una parte, et religiosos viros fratrem  
Guillelmum, Priorem Vallis S<sup>te</sup> Georgii et conventum ejusdem loci Castriensis Ordinis Buceasii  
-diocesis ex altera, fuisset discordia super eo videlicet quod dicti Prior et conventus contra  
-nos dicebant et proponebant, quod nos in ipsorum, et domus nostrae praedictae, et gravamen  
-subtus molendina stagni ipsorum de Gemignaco duo molendina sub eodem tecto construi et  
-aedificari feceramus de novo. In quorum molendinorum, vizio sine viz per  
-quens aqua ad dicta molendina cursum habebat, quasdam esbeias seu esbes fieri feceramus  
-per quas esbeias seu esbes aqua per prata dictorum religiosorum fluebat, et dicta prata  
-erellebat suo impetu ac etiam destruebat. Item, super eo quod nos subtus stagnum, et molen-  
-dinum, dictorum religiosorum, de Chanuy in ripparia a dicto stagno fluente quoddam molendi-  
-num, cum quodam botorio sub eodem tecto de novo similiter construi feceramus. Rippariam  
-ipsam, cujus piscaria ad dictos religiosos solummodo a fundamento nostrae domus pertinebat  
-a suo recto cursu deviano, et piscariam, destruyendo, cursumque dictae rippariae solum ad  
-exclusam, sedis cujusdam molendini quod in ipsius domus fundatione collatum eidem, exhi-  
-terat, impediendo et totaliter auferendo. Nobis in contrarium, dicentibus: Tandem, bonis viris  
-mediantibus pro bono pacis cum dictis Religiosis super praedictis pacificavimus in hunc modum:  
-Videlicet, quod nos et ipsi volumus et consentimus, et adhuc expresse volumus et consentimus  
-quod dicta duo molendina nostra quae de novo construi feceramus in rippariam de Gemignaco  
-co ac molendina, religiosorum, ipsorum sita ad Chaneciam, stagni eorum, de Gemignaco sint  
-perpetuo communia inter nos et haeredes et successores nostros Dominos Ulmi et ipsos Religiosos  
-et successores eorum. Ita quod exituum, et proventuum molendinorum ipsorum tam nostrorum,  
-quam eorum, quolibet pars medietatem, habeat, et pro eadem medietate in expensis et missio-  
-nibus quas circa molendina et sustentationem eorum, fieri et poni contigerit, et necessarium  
-ponere fuerit quolibet pars sine contradictione teneatur secundum, quod in talibus molendinis  
-communibus

communibus est poni et contribui consuetum, Volumus etiam, et expresse consentimus quod  
biegium, seu biegi molendinorum nostrorum, emendetur et amplietur si opus sit in terra nostra  
et in terra dictorum Religiosorum, secundum quod melius et utilius visum fuerit expedire. Pis-  
-caria quoque biegi seu rivi dictorum molendinorum, usque ad archam stagni dictorum Religio-  
-sorum de Gomignaco nobis pro nobis et familia propria domus nostre ac Religiosis predictis  
et similiter familiae propriae domus huius sit perpetuo communis, et omnibus aliis terrae nostre  
bannita ac etiam inter dicta, Insus cum nos emissemus duo molendina de novo in riparia de  
Chaunij de super stagnum Religiosorum ipsorum sita: unum videlicet ab Hugoneto de Villescort-  
-chian quod dicitur molendinum de Villescortchian: aliud a Vincentio de Meschieses et eius filijs  
quod dicitur molendinum de magno prato, volumus nos et ipsi Religiosi et consentimus, et adhuc  
expresse volumus et consentimus quod tam molendinum cum botorio, quae nos Dominus Ulmi  
subtus stagnum Religiosorum ipsorum de Chaunij construxeramus, quod molendinum de super  
dictum de magno prato ad nos ut supra dictum est emissemus, <sup>inter</sup> nos et heredes nostros et succes-  
-sores nostros Ulmi Dominos, ac Religiosos predictos et eorum successores sint perpetuo com-  
-munia: Ita quod exitum, et proventuum ipsorum molendinorum, ac botorii quolibet pars  
medietatem percipiat et habeat, et pro eadem medietate in expensis et missionibus quas  
circa molendina et botorium predicta et sustentationem eorum fieri et poni contigerit, et  
necessarium ponere fuerit, quolibet pars ponere et contribuere teneatur sine contradictione  
quacumque secundum quod in talibus molendinis communibus est poni et contribui consu-  
-tum. Item, volumus et consentimus Nos et Religiosi predicti, et adhuc expresse volumus  
et consentimus quod tam molendinum dictum de Villescortchian quod nos ut supra dictum  
est emissemus, quam molendinum dictorum Religiosorum situm subtus Chaunciam, stagni  
eiusdem de Chaunij cadant omnino et ad nihilum redigantur. Quod si forte utile videretur  
quod molendinum cum botorio quae nos construxeramus subtus stagnum predictum  
in loco alio quam in eo ubi est, vel ad Chaunciam, dicti stagni de Chaunij vel alibi proso et  
utilius et commodius situari, quolibet pars in expensis quas circa hoc facere oporteret  
pro parte sua sine contradictione ponere et contribuere teneatur. Item volumus et  
consentimus, et bona fide altera pars alterius promisimus pro nobis et successoribus  
nostris, et adhuc volumus et consentimus quod nec nos nec nostri heredes seu successores  
a communione seu associatione predictis quas fecimus de predictis molendinis tam  
de Gomignaco



D. Aymo, Prior. —

« Hic anno 1304 (nisi potius legendum sit 1314) fecit associationem cum conventu Lu-  
-vigniacensi, cujus associationis literae in eadem domo sub Joanne Priore exscriptissimus. — » ita cat.

D. Joannes, Prior. —

« Fuit Diffinitor Capituli gen. anni 1306, ex instrumentis Discretionis Cononum inter  
Cartusiam, et Calesiam. — » ita cat.

D. Gaufridus, Prior. —

« In catalogo dicitur profuisse anno 1311 ex tabulario Domus. — » ita cat.

D. Haymo Prior. —

« Idem, ac Aymo ut probabile est — qui secundo praerat anno 1318 juxta catalogum, et  
tabularium. — » ita cat.

D. Joannes, Prior.

« Gubernaculum Domus tenebat — anno 1325 ex catalogo et tabulario. — » ita cat.

D. Radulphus, Prior. —

« Qui et Rodolphus dicitur, vir in ordine clarus, provinciam Picardiae visitavit annis 1334 et  
1335 cum socio Priore Parisiensi. Fuit quoque Diffinitor annis 1332. 34. 36 et 1338 et per an-  
annis sequestibus. Domum quidem sapienter utiliterque rexit licet in extrema paupertate,  
ita ut anno 1332 pecunias a Capitulo general. mutuo accepit ut constat ex charta, quae sic  
habet: « Propter sublevationem, de Vallis S<sup>ti</sup> Georgii, cui comparatur Capitulum generale, mutuo  
traduntur Priori dictae de centum florenis; et dictus Prior dare debet literas, de solvendo ad  
requisitionem Capituli post Capitulum putamen, cum aliis centum florenis, qui anno proterito  
sibi fuerunt mutuati. Itaque omnes et monemus omnes qui anno proterito dicto Priori aliquid  
promiserunt, eidem solvere non recusent. » — Anno 1333 precepit eadem Priori ut unus  
de monachis Domus suae emissis propter paupertatem, illum qui sibi magis placuerit infra  
festum S. Joannis Baptistae revocet ad Domum suam, et in ea divinum officium, cum nota  
de cetero faciat celebrari, prout in aliis domibus Ordinis fieri consuevit; Reliquos vero  
monachos et conversos emissos de dicta domo primi Visitatores Franciae possint in aliis  
domibus usque ad beneplacitum Capituli generalis collocare. — Anno 1337 haec domus  
adhuc debebat Capitulo generali 120 florenos ut apparet ex ratione per procuratorem Cartusiae  
ipsi Capitulo generali reddita de qua fit mentio in cartulario Cartusiae ubi agitur de quibusd.  
pecuniis

pecuniis depositis: de qua pecunia, inquit instrumentum, debent Prior et conventus Vallis  
S<sup>t</sup> Georgii Capitulo generali et Florentino de Florentia sibi per Diffinitores ipsius Capituli  
mutuatos etc... De eodem debito loquitur charta Cap. genli anni 1339, his verbis: « Excusa-  
tio Prioris Vallis S<sup>t</sup> Georgii admittitur, nec fit ei inia. Et de pecunia de qua tenetur Capitulum  
generali, fit ei adhuc gratia usque ad diem cinerum proxime venturum; quod si non satisfac-  
erit infra diem predictam, ex tunc ipse Prior et Vicarius ac procurator dictae Domus faciant  
unam abstinentiam, in qualibet ebdomada proctor alias ab ordine constitutas usque ad synodum  
Capitularem generalem. Et ipse Prior a visitatione Gebemensi absolvetur ita vice propter pecu-  
niam, Domus hinc. » Fit mentio ejusdem Prioris Rudolphi in quodam instrumento Domus  
Bassae ville dato anno 1339, die 12 augusti. Dulcissime profuit, absolutusque propter sen-  
-tiam, in solitudine decessit anno 1352, 12 novembris, et denunciatus in ch. anni 1353  
his verbis: « Item obiit S. Rudolphus quondam Prior Vallis S<sup>t</sup> Georgii, sui diebus non omnibus  
habens plenum monachatum cum ps alteris. » — » ita est.

#### D. Guichardus, Prior. —

« Reperitur in tabulario ad annos 1355 et 1356. — » ita est.

#### D. Petrus de Bar, Prior. —

« Clavum tenebat anno 1359 et circa 1360 dimisit, dieque postea in hac domo  
perseveravit solitarius ut colligitur ex ch. 1369 in qua Prior D. Fontis iungitur ut  
de his quae petit S. Petrus de Barro monachus Paris. inquirat veritatem, et silentium impo-  
nat dicto D. P. compressa veritate, et ordinato per eum secundam compressam veritatem.

Anno 1381 adhuc vivebat (nisi sit alter ejusdem nominis et agnominis) eratque hospes  
in domo Noviomni ex qua ad domum Bassae ville mittitur — » ita est.

#### D. Joannes de Rouvroy, Prior. —

« Proceat annis 1361 et 1363 juxta idem tabularium. — » ita est.

#### D. Matthaeus De Thierne, Prior. —

« Prioratum occupabat anno 1366 juxta tabularium; domumque in eas conjectam an-  
-gustias invenit, ut unde monachos suos aleret, non habens, elemosinas ostentans mendicare  
non erubuerit; sed quia hujusmodi abjectio parum decebat solitarium, per chartam Capituli  
generalis anni 1369 ei indicitur sub poena amittendi officium, ne amodo discurrat per  
loca haec et illuc mendicando sicut facere consuevit. Et tunc unus tantum monachus cum  
Priore

Prior in hac domo moraretur, bona tamen non sufficiebant ad solvendo sex modios annue  
per hanc domum Abbacie Vegeliacensi debitas. Quamobrem, anno 1371 majorem melioremque  
partem reddituum, Abbatii pro reliquis sive arreragiis cedere coacti sunt, ut patet ex instrum-  
-ento super his confecto, in quo inter cetera sic legitur: « Et d'autant que les Religieux  
du Val St Georges n'ont pu continuer le payement de la dite rente de six muids d'Araine, et res-  
-toient beaucoup obligez envers ledit Abbé, a cause des guerres civiles. Ils ont esté contrainctz  
de racheter ladicte rente, et se décharger de plusieurs arrerages accumulés. Pour cet effet ils ont cédé  
audit Abbé tout le droit qu'ils avoient à Domery (Dornery?), Breües et autres lieux vis comoisins qu'ils  
avoient autrefois acquis de la chartreuse de Basseville etc. » Hoc tantum, verba ad nos missa  
sunt, quibus addebatur ex eodem instrumento apparere domum, hanc horum bellorum tempore  
incendio conflagrasse. Tantâ igitur rerum omnium penuriâ pressus Prior non statim obedienti-  
-monitioni sibi per ch. 1369 factæ; quamobrem, per ch. 1372 strictius ei injungitur quod amo-  
-do per mundum non discurrat, sicut hactenus facere consuevit quærendo et mendicando  
cum magnâ infamia ejusdem, sub præca privationis ab officio Prioris. — » ita est.

### D. Hugo de Vitello Prior. —

« Hujus institutio legitur in ch. 1375, his verbis: D. Hugonem, monachum Fontaneti prope  
Belnam, ad presens in domo Cantubiæ existentem, alias per Capitulum gen<sup>le</sup> auctoritate Apos-  
-tolica sibi commissa habilitatum, ad omnia ordinis officia proficimus in Priorem Vallis  
St<sup>i</sup> Georgii. Deinde absolutus, procuratorem egit in domo Belnoe usque ad annum 1381  
quo fit Prior Boni loci, cujus regimine, abdicato prioratus vixit usque ad obitum, qui signatus  
in ch. 1397. — » ita est.

1377 a

### D. Reginaldus Callouiel, Prior.

« In Priore Vallis profunde proficimus domibus Vallis St<sup>i</sup> Georgii et Basseville, quas domus Cap-  
-itulum gen<sup>le</sup> per ch. 1377 auctoritate Apostolica unit, precipiendo ut amodo utraque domus per  
unum Priorem gubernetur. Sed hujusmodi dispositio videtur effectum non habuisse, interve-  
-niente et qualitercumque nostrorum inspiam, sustentante Thomas Comitissa Stamparum,  
quo sequentem fecit donationem:

« A tous ceux qui venont ces presentes Lettres Johanne De Feu Comtesse  
D'Estampes et Duchesse D'Athènes salut. comme religieuses et devotes personnes le Pieur  
et les frères de la maison du Val St<sup>i</sup> George Lez d'orme de l'ordre de Chartouze ou Diocèse

D'Autun

D'Autun, fondie anciennement par nos devanciers Seigneurs De l'Orme, nous ayent fait mon-  
-trer humblement que par les temps des guerres par les gens d'armes et par les mortalitez et  
-fortunes qui ont esté longuement au roy aulme de France leurs maisons et edifices ont esté  
-très grandement domagez et avenues de icelles ruinées gastées et destruites, et leurs rentes  
-et revenus annuëes en telle maniere que sans aucunne des bonnes personnes ils ne pou-  
-voient gouverner, habiter, ne selon leur Ordre Dieu servir au dict lieu, mais leur conven-  
-droit abandonner et délaisser iceluy et aller autrepart. Saichent tous présents et avenir  
-que nous considerans et desirant enuir et maintenir le dit propos et la dévoté affection  
-de nos dits Seigneurs devanciers qui fonderent et donnerent de leurs biens ledit lieu pour  
-Dieu honorer et servir, et pour avoir saintes prières et orays on a Dieu en iceluy mesme,  
-sur ce par devotion de compassion et de pitié non voulans que par défaut de nostre aide les-  
